

- omni mense, cum quibus circuire et temptare debeant civitatem in servitio comunis. ¶ Et denarios comunis alicui non mutuare, et facere rationem sui introitus et exitus omni mense dominio Tergesti et quandocunque fuerit requisitus, et in qua-
- 5 libet ratione quam fatiet comuni habere debere totam pecuniam paratam quam haberet a comune quam non expendidisset sive de qua non fecisset rationem, et dictam pecuniam presentare regimini in dicta ratione etiam pena quinque sold. par. pro qualibet libra comuni solvenda sine remissione, et in fine
- 10 sui termini sui offitii dare et solvere comuni infra octo dies sequentes facta sua ratione totam pecuniam que extabit penes eum, etiam sub dicta pena [et] nichilominus transactis dictis octo diebus, solutione non facta, constringatur per dominium ad standum in turri comunis, de qua aliquo modo exire non
- 15 possit donec plenarie satisfecerit, et nichilominus intromittantur et vendantur de bonis eius usque ad dictam solutionem completam. ¶ Et dare viginti par. cuicunque danti sibi unum corvum vivum et integrum, cui corvo incidere debeat unum pedem. ¶ Nec scribere nec scribi facere in suo quaterno aliquod salarium alicuius offitialis salariati per comune, nisi
- 20 elapsis duobus mensibus termini sui offitii, nec etiam scribi facere partem dicti salarii nisi in totum. ¶ Et dare debeat // 27 A et teneatur cuilibet capetanio de Mucho de camera comunis Tergesti unam libram olei et unam libram candelarum de
- 25 sippo pro quolibet ipsorum, et consimili modo dare cuilibet capetanio de Moncholano. Nec modo aliquo recipere aliquid ab aliqua persona habere debenti a comune, etiam sub pena centum sold. par. ¶ Item prestare bonam et ydoneam securitatem comuni de omnibus que ad manus eius perveneri[n]t
- 30 et de eis plenam reddere rationem. ¶ Item non dare lichofium aliquibus marangonibus muratoribus vel aliis operariis in comuni laborantibus, etiam pena centum sold. par. et solvendi de sui bonis propriis. ¶ Item non dare vel mutuare alicui persone in magna vel in parva quantitate maltam calcinam arenam petram cotam vel alias laperas vel cuppos, etiam
- 35 pena centum sold. pro quolibet camarario contrafatiente et vice qualibet contrafacta. ¶ Item venire ad palacium comunis ad